

+

Serenissime, & Celsissime Princeps,  
Domine Domine Clementissime.

Seruum desolatissima Dünaburgensis Residentia,  
Sua Serenitatis afusa pedibus, ad officium  
Clementia pulsat. Respexerat nos nuper  
Ducalis Gratia Clementissimus aspectus,  
& ceu solari afflavit radio: dum nos porrectis  
in clypeum Salve Garde Literis, Sua Serenitas  
munivit. Sed ecce tutelam istam quam à  
Domino Nostro Clementissimo accepimus  
militum insolentia perforavit. Legere illi Imperatorium  
prafatis in Literis, Sua Serenitatis

mandatu<sup>m</sup>: Illud tamen in suam sententiam flectere  
ausi sunt. Exponunt etenim à Clementi. Prima Serenitate, literas Salve Garde datas, sola pernoctationum,  
& transitu<sup>m</sup> onera propulsare; non vero præter Locatione<sup>m</sup>  
Militum, repetendarum portionum gravamina a nobis  
alienare. Et hæc est, Clementi. Prime Domine, maledicta  
San. Pimarum Sua Serenitatis Literarū interpretatio.  
Qua stante, locata super quadraginta Rusticos nostros  
(qua tota & unica substantia est) vexilla, ita nos oppres-  
serunt, ut iam Residencia sibi cogatur, & persone quinque  
in Lithuaniam expediri, subditi insuper nostri in dispersio-  
nem abire. Suffinere enim, ut ut potuerit, gravaminos. Pri-  
mos Regiminis, cui Excellens Dns Foltz præsidet, transitus;  
at hybernis militatibus impares fugā sibi consulunt. Hæc igitur  
lamentabiles querelæ Clementi. Primas Sua Serenitatis expe-  
runt aures. Pedibus ergo allabimur, Ducali<sup>s</sup> primi mandati, severiorem  
clarioremve intimationem exorantes.

Dat. d. 13 Decembris  
1700

Serenitatis Vestre  
Domini Domini nostri Clementi. Primas  
Seruus in Christo S. S. S.  
Michael Piotrowicz  
Luctatus S. S. S.



